

PRAELECTIONES ACADEMICAS

AESTIVAS

RECTOR

D. IOAN. CHRISTOPH.
KOCHE

IVRISCONSULTVS

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT

EASQUE SEDYLITATI

CIVIVM ACADEMIAE

TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM


RITE COMMENDAT

B. P. XIX. MARTII CIQ ICCC LXVIII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GISSAE,

EX OFFICINA BRAVNIANA.



In Facultate Theologica.

D. IO. HERM. BENNER.

Cum sanctiorem disciplinam commode tractaturis, *introductione*, in libros praecipue sacri codicis, plurimum inseruat: eandem praelectionibus *in notitiam salutis* a se ante annos aliquot editam, praemitteret. Praeterea theologiā moralē, nuper a se adornatam, exponet. *Disputationibus* quoque suos exercere, aliquis rem exegeticam virili pro parte adiuuare, studebit.

D. IO. GEORG. BECHTOLD.

ord. sui b. a. Decanus & alumnorum principaliū.

Ephorus.

Suam de diuina F. C. praescientia commentationem publice praelegit, qua nunc absoluta die quouis Sabbati *theses ex theologia V. selectiores controversas* disputando ventilabit. Priuatum primum *institutiones theol. dogmaticae* usque ad articulum de angelis perduxit, quamque reliquam habet telam: hoc semestri aestiuo pertexet; addita succincta posteriorum controversiarum explicatione & disiectis, quae aduersariis caussae suae perditae videntur esse firmamenta, omnibus, dictorum S. C. probantium, quae classi-

ca.



ca vocamus, explicatione nuper ad umbilicum ducta,
bermenevitam S. artem item bomileticam docebit. Postre-
mo b. DEYLINGII *institutiones Prudentiae pastoralis* an-
no superiore cum notis KÜSTNERI Lipsiae tertium recu-
fas suis dissertationibus illustrabit. Suam simul specimi-
mina publica daturis operam aequa & desiderantibus col-
legii sui examinatorii in *Theol. dogm.* continuationem offert.

D. IOH. GEORG. HOFMANN,

P. Th. E.

Publice Psalmos, quos temporis angustia impeditus ex-
plicare hactenus non plene potuit, hoc Semestri ab-
soluet, & *Cantica V. T.* his iunget alia. *Priuatim* post fi-
nitam nunc historiam ecclesiasticam N. T. *historiam V. T.*
denuo ordietur, vt utriusque historiae nexus luculentior
fiat. *Rheticum Sacrum*, seu *Homilecium urceum*, discendi
cupidos docebit. Offert etiam *Collegium exegeticum in Iere-*
miae vaticinia, Collegium in *libros Symbolicos*, & quae ab
ipso sinceri Theologiae amatores flagitabunt alia.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

Academiae Procancellarius.

PÜTTERI *epitomei processus imperii*, & SCHMAYSSII
*compendium iuris publici de integro explicabit, ac quem-
admodum posteriori libello *integra capitulatio caesarea lo-*
cis congruis ad verbum est inserta, vi praelectio ita simul
loco commentationis in celebrem hanc imperii legem esse
*queat,**

queat, ita quoquē separatim expositionem pacis Osnabru-
brugensis, eiusque praecipue articulorum V. & VII. tan-
quam fundamenti iuris publici ecclesiastici euangelicorum,
offert.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH


*Institutiones iuris ciuilis ad ductum HEINECCI; Pandectas
ad ductum I. H. BOEHMERI; ius canonicum ad ductum
G. L. BOEHMERI & ius criminale ad filum compendii sui,
quod tertia vice Ienae typis imprimitur; docebit. Libel-
lum suum de Successione ab intestato separata hora pro
more explicabit, eo absoluto ius cambiale tractaturus.
Disputatorium siue publicum siue priuatum iis, qui studio-
rum suorum fiduciām habent, iterum commendat.*

D. CHRISTIANVS HARTM. SAMVEL GATZERT

*Publice Hor. III. tradet Historiam iurium per Germaniam
obtinentium, duce Selchovio; Priuatum, exposito per
hiemem juri Germanico priuato. Hor. VIII - IX. substi-
tuet Ius Feudale tam Longobardicum quam patrum, ad
ductum Mascovii; Hor. IX - X. Historiam imperii ad Püt-
teri libellum enarrabit & Hor. XI - XII. in explicanda
Struvii Jurisprudentia forensi versabitur, ad tradenda pari-
ter Praecepta Praxeos judicariæ artisque referendi secundum
doctrinam Claprothii, paratus.*

D. LVD. GODOFR. MOGEN.

*B. HEINECCI. Elementa Juris Civilis secundum ordinem
Institutionum & Illustris SELCHOVII Historiam Juris;
quo*



quo in Germania utimur; vniuersi; ex editione; Germanico
idiomate scripta; anno 1767. in lucem prodata; enuclea-
bit. Docebit & alia, quae a se desiderabuntur. Reliqua
infra.

In Facultate Medica.

D. IO. WILH. BAVMER,

Med. Prof. primar.

Hor. X. B. Dn. D. Io. Zach. Platneri institutiones Chirur-
giae rationalis, tum medicae tum manualis, sollicite ex-
plicabit. Hor. XI. Doctrinam de morbis chronicis, secun-
dum eiusdem Autoris artem medendi singulis morbis ac-
commodatam, tradet, eamque perpetuis observationibus
practicis illustrabit. Hor. II. Geographiae subterraneae, tam
rebus metallicis, quam physico-medicis utilissimae, funda-
menta, ad propria sua pracepta, naturae ordini accommo-
data, ponet. Reliquas dierum Mercurii ac Veneris horas
pomeridianas processibus chymicis impendet, illos eodem
ordiné, quo B. Dn. D. Godofr. Rothius eos retulit, per-
tractaturus.

D. GEORG. LVD. ALEFELD

P. P. O. *Praelectiones osteologicas*, quas de nouo auspicabi-
tur, reliquas anatomiae partes, & imprimitis *Splanchno-*
logiam tradet. *Artem obstetriciam bruma praeterita* absolu-
tum hac aestate duce. b. ROEDERERO docebit. *Chirurgiam*
quoque tam medicam, quam manualem, vt & *me-
dicinam legalem*, scientiam & medico & iuris consulto quam
maxime utili ac necessariam, exponet. D.

7

D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSER.

Med. Prof. Ord.

Botanicam, substrato systemate Linnaeano, docebit. Lectiones pathologico-therapeuticas continuabit & ad finem perducet. Collegium quoque examinatorium aperiet.

In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

Prof. mor. & iur. nat. ac gent. b. a. Decanus.

Ius naturae L. B. de Wolff; ethicam Thümmigii & prudentialiam ciuilem Achenwalli interpretabitur. Praeter has partes philosophicas praecisas uaditudas Succouii doctrinas oeconomicas explanabit.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathemat. P. P. O. Biblioth. Acad. Praef.

Hora VII. matutina *logicam*, hora VIII. *metaphysicam* docebit; tempore auditoribus commodo *mathesistum purum*, tum *applicatam*; praelectiones praeterea *algebraicas* instituet; collegia priuatissima elapso semestri inchoata ad finem perducet; noua desideraturis non deerit; bibliothecam academicam horis consuetis aperiet.

D. LVD. GODOFR. MOGEN.

Historiam statuum Europae, ad filium Ill. ACHENWALLI,

Historiam Imperij R. G. secundum Ill. PÜTTERVM,



&c. TACITI libellum *de moribus Germanorum*, Volente Deo; interpretabitur. Quas etiam saepius obtulit, praelectiones Genealogicas, Heraldicas, Diplomaticas, Numismaticas, eas & hac vice-offert.

D. IO. GEORG. BECHTOLD.

Quoad lectiones ad utramque eloquentiam spectantes peculiari Professori non erunt assignatae; tamdiu eas sedulo continuabit. Quamobrem primum HEINECCI fundamenta stili propediem absoluenda denuo interpretanda resumet; deinde in Poetas latinos commentari perget, & quidem nominatim in OVIDII libros tristium; praeterea eloquentiae praecepta suppeditabit; seu, ubi magis auditoribus e re sua visum fuerit, collegium Oratorium theoretico-practicum aperiet.

IOH. GEORG. HOEMANN

LL. OO. P. O.

In methodo hebraicam linguam docendi, quam hactenus non sine fructu fecutus est, perget, & docebit ante omnia Grammaticae praecepta ad libellum suum praxi vnicè destinatum; addet Collegium Cursiveum in Pentateuchi loca historica ad idiotismos hebraicæ linguæ explicandos; Chaldaica, Syriaca, Arabica, & accentuum doctrinam cum proiectioribus tractabit.

D. FR. AVG. CARTHEVSE,

Phys. Prof. Ord.

Elementa Philosophiae naturalis dogmaticæ aut; si desiderabitur experimentalis tradet. In gratiam quoque illorum, qui Historiae naturali patriæ operam navant vel navare cupiunt; mineralia in terris Hasso-Darmstadtini reperiunda enarrabit.

Traeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuiibus de luctuosa equitandi, pugnandi gladio, saltandique palestra, Gallicge item & Italicæ linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.